



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Libri Concionatorum, & professorum Sacrae scripturae, & item
confessariorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Hoc præterea animaduertat Cancellarius, ut nihilominus scribantur in dia-
rio communii Cancelleriarum omnia eius-
modi acta; scilicet Publicatio edicti, mā
datum, informatio, literarum Apolloli-
carum exhibitio, electio, præsentatio &
eiusmodi; tum etiam seruet in filicia in-
formaciones, edicta, literas Apolloli-
cas, & alia eiusmodi.

Libri Concionatorum, & professorum
Sacrae Scripturæ, & item con-
fessorum.

Habeat librum Concionatorum, &
Professorum Sacrae Scripturæ, per
ordinem Religionam, præmissis tamen
Sacerdotibus secularibus; in quo deseri-
bat nomina Concionatorum vsq; ad di-
midium paginae, & simul adnotet viii
cuique nomen, an admissus per examen,
vel sine; an generaliter in tota Diœcesi,
& perpetuo, vel ad certum locum, vel te-
pus; an petierit beneficitionem pro con-
cionibus habendis in ecclesijs sui ordi-
nis; an vero etiam data facultas pro ec-
clesijs secularibus: è regione vero in al-
tera parte paginae adnotet, an bene se
gesserit; an defecerit, & in quo &c. vt in
subiecto exemplo.

Frater Alexius de Mantua, approbatus
sine examine, ex testimonio per literas
Vicarij Foranei, vel præfecti datas N.
Iunij N. 1578. vel per examen coram Re-
ver. N. cui examini interfuerunt RR. N.
N. Petij benedictionem, vel accepit fa-
cilitatem concionandi in tota Diœcesi,
vel sigillatim in loco, &c. & ecclesia S.
N. &c. per proximam quadragesimam
vel sine illa expressione indefinite, visis
testimonialibus literis ad hoc munus à
R. D. Provinciali ordinis datis die &c.
mensis &c. anno &c. Non satisfecit ob
imperitiam, vel parum cōuertendo, vel
cum secularibus nimis conuersando, vt
constat testimonio Vicarij Foranei lite-
ris datis die, &c.

In eodem libro describat etiam repro-
bator, notatis nominibus Prefecti &
examinatorum qui interfuerunt, & cau-
sus reprobationis.

Habecat librum Confessorum simi-
larem superiori in omnibus, simulq; om-

nia supradicta in iis que conteneri pos-
sunt in materia confessorum.

Libri pertinentes ad Congregationes,

Habeat librum actorum congrega-
tionis penitentiarum.

Librum item aliud, in quo hæc sint.

Instructio Pœnitentiaria.

Vniones quæcunque huic officio factæ.

Inuentarium bonorum præbendæ pœni-
tentiarum.

Priuilegia & Declarationes ad officiū
pœnitentiarij pertinentes.

Constitutiones, & regulæ officiij.

Collatio officiij extensa singulis pœni-
tiarij.

Facultates singulis annis date ab At-
chiepiscopo ipsi pœnitentiario.

Habecat item Indicem nominum Depa-
titorum Congregationis penitentiarum.
Indicem Confessorum probatorum

Vrbis & Diœcesis.

Indicem eorum, qui adsunt vere.

Filiciam literarum à Diœcesi scriptarū.
Registrum literarum ab eo scriptarū,
ratione facultatis casuum, vel consulta-
tionis.

Fileiam dubiorum proponendorum.

In ijs autem cœuat ne nomina consu-
lentium Pœnitentiarij congregationis
exprimantur; etiam si ipsi metu consulen-
tes ea propalauerint, nisi quando faci-
erit prorsus notorium & manifestum.

Habecat librum aliud, in quo hæc sint.

Fundatio Mensæ Pœnitentiarij mi-
noris.

Bona & iura Pœnitentiarij mino-
rum.

Regulæ Congregationis minorum Pœ-
nitentiarij.

Tabellæ dierum quibus assistere debet.

Habecat item Indicem Pœnitentiarij.

Canones Pœnitentiariales.

Tabellam casuum reseruatorum.

Tabellas varias ad officium Pœnitentie-
riorum spectantes.

Indicem casuum variorum.

Tabellam notæ absentium, presentium.

Fileiam proponendorum.

Habecat denique librum actorum con-
gregationis.

Habecat